

EPISTOLA

Reuerendi patris dñi Iohānis de Trittēhem abbat̄is Spanhemēsis: ad uenerā-
dū doct̄issimūq; uirum: patrē Albertum Morderer Epistola responsiua: rationem
reddens: cui inter ecclesiasticos scriptores multos sæculariū litterarū p̄fessores
posuerit.

Fater Iohannes de Trittēhem abbas in Spanhem: ordinis sancti Benedi-
cti: fratri Alberto Morderer: ordinis minorū de obseruātia: amico salutem
dicit. Mirari te dicis (Alberte amantissime) q̄ p̄fessores sæcularium litte-
rarum: qui nihil ecclesiasticū scripserūt: inter uiros illustres ecclesiasticosq; scripto-
res posuerim: cum harum rerum scriptores Hieronymus: Gennadius: Isidorus:
Honorius: Sigebertus: & reliqui doctorum censes id minime fecisse inueniant:
indignum iudicans: ut sæcularibus disciplinis attendi: qui nihil ad ecclesiæ uniuers-
salis ædificationē laborarunt: inter ecclesiasticos scriptores locum fortiant̄. Non
miror q̄ miraris: mirantur & ceteri. Tibi ergo respondendo satisfecerim omnib⁹:
qui eadem opinione tenentur. Et primo quidem cur alij non fecerint quod me fe-
cisse miraris: nihil ad me pertinet: ego uero quare fecerim quod illi non fecerunt
breuiter narrabo. Equidem bonarū artium p̄fessores in fide catholica manen-
tes: philosophos: oratores atq; poetas: qui utile honestumq; in sua facultate quip-
piā scripserunt: ego indignos catalogo illustriū uirorum nequaquā ceseo: quos iuu-
re ecclesiā suis lucubrationibus non ignoro. Neq; enim satis eruditū in diuinis scri-
pturis quemq; dici posse arbitror: ubi sæcularis litteraturæ disciplinam ignorarit.
Quomodo autē eam discet theologus: si non sit qui tradiderit? Quis nesciat quā-
tum christians & fidelis philosoph⁹ proficit ecclesiæ: qui gentiliū errores destruit:
argumenta & fallaces syllogismos aperit: dogmata infideliū cōfundit? Lege uete-
rum historias: & inuenies gesta fidem astruere uerbis. Quotiens orthodoxi p̄bi-
losophi calliditate hæreticorū disputado destruxerint: gentiles superarint: scisma-
ticos uicerint? Quid mltis utar? Omnis theologorū schola: a philosophia iam stu-
dendi sumit exordium: adeo ut theologus esse non possit: qui prius philosophus
apud eos nō extiterit. De oratorib⁹ quid dicam: sine quorū magisterio infructuo-
sum antiqui omnē censebāt theologum: quippe qui bona quæ didicisset alijs per-
suadere nō potuerit. Rhetor enim figuras scripturarū referat: tropos dilucidat:
dissoluit nodos: colores ostendit: dubia enucleat: umbras uerborum efficit claras.
Qui dum oratoris assumit officium: facile hæreticorū allegationes destruet: atq;
cōuincet errores. Quis deniq; boni oratoris laudes digne p̄sequi ualeat: si quā-
tum in persuadendo possit diligēter pensat? Utinā omnes theologi nostri tem-
poris oratoriā colerent: quātum in ecclesia dei suis exhortationib⁹ fructum produ-
cere possent. Theologus orator: animos auditorū suorum in potestate sua babe-
re dicit: ad cui⁹ persuasiōes ad ea quæ sancta & iusta sunt facile mouent̄. Sed neq;
poetas christianos abijcimus: quos theoria nostræ magis appropinquare nō du-
bitam⁹: qui sub umbra rei gestæ uel fictæ: quid agēdum fugiendūue sit nobis dul-
ci compendio demonstrant. Neq; ignoramus quantam iniuriam hodie suscipiant
poetæ a theologis quibusdam indigestis & crudis: qui omnes poetas una sententiā
damnāt: mendaces eos asserentes atq; turpiloquos: quasi nō possint esse ueraces
& boni: qui carmina ueterum imitantur poetarum. Absit poetam bonum esse nō
posse atq; ueracem: qui sanctos patres Augustinū: Hieronymū: Sedulium: Pru-
dentium: Bedam aliosq; innumerabiles in hac arte habuit p̄cessores. Sed non
est mei officij neq; huius temporis horum ignauā redarguere. Ut ergo claudam
epistolam: ego philosophos: oratores: poetas ceterarūq; bonarum artium cultor-
es fideles & christianos: qui aliquid utile scripserūt ecclesiasticis scriptorib⁹ cōnu-
merādos existimaui tripl̄ci rōne. Prima q̄ eorū opuscula ad scientiā sanctarū scri-
pturarū: nō modicū cōducere posse arbitrat̄ sū. Secūda q̄ uerissime mihi uisū sit eos